



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae
Ferinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

XXCIIIX. Ad Martinum Amelium à Nifernburg IC. & Cancell. Caroloburgium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

Clavis nupta viris: STAREBERGI coniugis an-

Post mortem STREINI cara marita sui: (tè:

Sancta fide matrona: animoq, & corpore pulcra:

Atque ministrorum fida patrona Dei:

Tres natos enixa parens, & quattuor vna

Natas: quando patrem fecit utrumque virum:

Aegra puerperio moritur, cum prole: sed antè

Que nata, & simul est fonte renata sacro.

Imòque Deo viuens, sanctas heroidas inter

Conspicitur, cœli consociata thronis.

O quantum est bene posse mori, & sic viuere cœlo:

Ne, malè si viuas, commoriare diu.

XXCVII.

Ioan. Casparo Kechlero

à Schuandorf EQ.

Quum se, IANE, bonum simulat malus, effuge:

(nam tunc

Pessimus est: & vult cuique nocere magis.

XXCIIIX.

Ad Martinum Amelium

à Nifernburg IC. & Cancell.

Caroloburgium.

Delicias Charitum, Baias, MARTINE, ferinas

Qui vocat: hic vero nomine nonne vocat?

Splendidior vitro, crystallo purior vnda

Lucet: & est opibus diues abundè suis.

C S Fallor?

*Fallor? an hinc lauit Charis? an Venus? veragis
Lauit: & è membris sic nitet vnda magis.*

XXCIX.

Ad Ioannem Parsimonium

Abbatem Hirsaugium.

*Victorum vetus illa gens deorum
Cultrix, hospitibus louem fauentem
Finxit: quem Xenium vocauit: atque
Summa religione consecrauit:*

At tu Iuppiter ille, PARSIMONI,

Sis ò sis mihi magnus Hospitalis:

Qui, quos excipis, hospites amicos

Tractas comiter, atque perbenignè.

O mentem Iouis hospitibus serenam!

O sedem aureolam tuam hospitalem!

XC.

Meliori Iægero Conf.

VVirtebergico.

Quid melius Meliore fuit? quod sis bonus, euge

Mi Melior, certum nomine, reque facis.

CXI.

Henrici Rudingeri Confil.

Palatini Epitaphium.

Fidus minister curiæ Palatinæ:

Trium Silentiaris ducum fidus: